

379.

Erzbischof Sigfrid II. von Mainz berichtet, daß das frühere Augustiner-Chorherrenstift in Porstendorf an den deutschen Orden und von diesem an das Kloster Pforte übergegangen sei, gegen letzteres aber die Bürger von Apolda Klage vor dem Landgrafen erhoben haben.

Erfurt, [1227] Febr. 11. 5

Hdschr.: Transsumptbuch (Saec. XVI) fol. 203^b. Bibliothek der Landesschule Pforte.

Gedr.: Böhme, Urkundenb. des Kl. Pforte 124. Böhmer-Will XXXII, 526.

Ann.: Vergl. Urk. von 1225 Cod. dipl. Sax. reg. II, 199. Das 26. Pontifikatsjahr würde in's Jahr 1226 fallen.

Die Pontifikatsjahre Sigfrüds sind vielfach um eins zu niedrig gezählt und so jedenfalls auch hier, da die im Juni 1226 vollzogene Uebertragung von Porstendorf an Kloster Pforte in der Urkunde als bereits geschehen erwähnt wird 10 (Böhmer a. O. 122).

Sifridus^{a)} dei gratia sanctę Maguntinensis sedis archiepiscopus. Scripti presentis iudicio profiteamur nos vidisse olim in Borsendorff prepositum et conventum regularium et defuncto ipso preposito in eodem loco nos auctoritate nostra alium prepositum confirmasse. Postea de consensu nostro facta est eiusdem conventus translatio ad confratres 15 de domo Teutonica, qui districte promiserunt, quod divinum ibidem obsequium nullo modo minuerent, sed augerent. Item ab illis facta est ipsius conventus translatio ad Portenses monachos Cisterciensis ordinis. Deinde Appoldenses ceperunt agere in Portenses. At illi causam per appellationem ad nostrorum iudicium audientiam transtulerunt, Appoldenses vero causam ipsam ad iudicem secularem landgravium transtulerunt in contemptu 20 iudicii spiritalis. Hęc recognoscimus et testamur. Datum apud Erphordiam III. idus februarii, pontificatus nostri anno vicesimo sexto.

380.

Landgraf Ludwig überläßt zwei Hufen zu Barsdorf (?) an das Kloster Werbe. Möllrich, 1227 März 2.

Hdschr.: Or. Perg. Fürstl. Archiv Arolsen. S. fehlt.

25

Ludewicus dei gratia Thuringie landgravius et Saxonie comes palatinus omnibus hanc cartulam inspecturis in domino | salutem. Notum esse volumus, quod cum nobilis homo Henricus, qui dicitur Pampis, duos mansos nostre proprietatis a nobis in feodo haberet | apud Barsdorf sites et idem H[enricus] eosdem mansos cuidam nomine feodi contulisset, qui dicebatur Ludewicus Stigele, mansos ipsos | per resignacionem a predicto 30 L[udewico] sibi absolutos sepe dictus H[enricus] nobis resignavit et nos ad devotam petitionem ipsius et ob respectum beate dei genitricis et virginis Marie contulimus monasterio Werbe in perpetuam proprietatem per manum Henrici ibidem tunc prepositi et hanc donacionem sigilli nostri impressione dicto monasterio consignavimus. Actum publice apud Meldriche anno dominice incarnationis M. CC. XXVII, VI. non. marcii. Pre- 35 sentes erant: Henricus notarius noster. Nobiles: Gyso vicecomes noster de Gvdensberg.

379. a) Sifridus außer S ausgestrichen.